BOHEMIA
REGNVM
&
ELECTORATVS.

Regnum Bohemiæ à Carolo, qui Anno 1346. factus est Rex & Imperator, diuisum fuit in duodecim regiones, quibus singulis annuatim præsunt Capitanei, Baro vnus, & alter ex ordine equestri, qui primum lites minores cognoscunt inter subditos diuersorum dominorum. Secundo, si qui emergant latrones, licet ijs conuocare vicinam sibique subiectam nobilitatem ad grassatores comprehendendos. Tertio, bello forsitò incumbente, quilibet ad suum se recipit præfectum. Præter hæc nihil de statu huius regni inuenio.

Sunt in hoc regno quædam ciuitates immediatè Regi subiectæ, vt sunt Praga Prag, Plzen Pilsen, Budicouuitze Budwois, Kolin Koln, Rakouuink Rokonick, Klatouuy Glatauu, Beraũ Bern, Cheb Eger, Strzibro Miss. Horai Kuttenberg, Tabor Taber, Zaretz Sautz, Litomierzitze Leitmeritz, Laun Laun, Most Bruck, Hradetz Gretz, Aussey Aussig, Myto Maut, Dwur Hof, Iaromiertz Jeromir, ita Bohemicè & Germanicè vocatæ sunt: quæ in vniuersum circiter 30. reliquæ Proceribus Regni subditæ sunt.

Inuenio *in eo nominari*:

- *Burggrauiatum Carlstein, vbi Regni corona asseruatur,* 36 2: 49 55.
- *Comitatus, Lobkouuitz, Hassenstain, Litzkauu* 37 18: 48 51. *Comethauu, Passau, Melnick* 36 30. 30: 50 20. *Rosenberg* 36 57: 48. 49. *Hradetz* 37 8: 49 16.
- *Dominia, Hasenburg* 36 11: 50 18. *Loip* 36 35: 50 44. *Perstain, Dobitschauu, VValstain, Roschateck, Dachauu* 34 55: 49 42 *Torsnick, VVartenberg, Schellenberg, Kosk, Schmirtz, Lissauu, Kunewalt, Dessauu, Schonpeck, Slauua, Grossen Bora, Liebenstain, Ioppendorff, Gradetz, Colourat, quorum quædam forte esse sunt Comitatus.*
- *Barones, Trachenberg, Millitsch.*

Praga *Archiepiscopatus factus est à Carolo Rege Bohemiæ & Imperatore, illique Suffraganeus Episcopus Litomislensis* 38 25: 49 52.

Meridiani positi sunt ex ratione paralleli 49 40. ad circulum maximum.

T